



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

360. An illegitimo, vel bigamo resignari possit beneficium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

buff. de pacif. poss. n. 265. apud Paris. loc. cit. num. 2. Chok, ad prædictum reg. n. 15, ex Rebuff. in addit. ad eand. reg. in præxi. dicens, in Gallia certum esse, quod nec Ordinarius, nec Legatus possit alienigenam conferre; qui si conferant, illud beneficium à regnicola impetrari posse. Et hoc privilegium non solum prohibere extero habere Ecclesiam parochialem, sed etiam quæcunque alia beneficia absque regis beneplacito. Opratque Rebuff. de pacif. possessor. n. 266. apud Paris. n. 3, ubique esse hujusmodi constitutionem seu concessionem propter plures causas, quas commemorat Covar. loc. cit. n. 33, n. 5.

3. Respondeo ad tertium, beneficia patrimonialia non posse resignari illis, qui non sunt de civitate vel oppido. Paris. cit. q. 7. n. 4. citans Hojed. de incompat. p. 1. c. ult. n. 86. Mandol. ad reg. de infirmis &c.

Quæstio 360. An illegitimo & bigamo resignari possit beneficium?

1. Respondeo ad primum primò negativè. Paris. l. 4. q. 4. n. 8. subjungens n. 9. admissam resignationem in favorem talis per Papam ignorantem hunc defectum esse nullam; illegitimus enim nequit habere beneficium Ecclesiasticum, & collatio ei facta est omnino nulla ipso jure, ut Nav. cons. 3. n. 4. de atate & qual. Paris. n. 10. juncto n. 13. & hinc mandatum Papæ de aliquo providendo intelligitur, modò sit legitimus. Paris. n. 12.

2. Respondeo ad primum secundò: sed neque illegitimo dispensato ad beneficia resignari potest beneficium quale, vel etiam cujus dissimile ejus pater obtinet, vel obtinuit in eadem Ecclesia; illegitimus enim obtinere nequit beneficium in Ecclesia, in qua pater ejus obtinet, vel obtinuit simile vel dissimile, juxta Trid. sess. 25. c. 15. Paris. cit. l. 4. q. 7. n. 6.

3. Respondeo ad primum tertio: Neque etiam pater potest resignare extraneo, ut is postea resignet filio suo illegitimo. Paris. cit. q. 7. nu. 7. citans Rebuff. de pacif. poss. nu. 277. juxta constit. Clem. VII. Laym. inc. præsentiam, de filiis presbyr. n. 4. de quo alias.

4. Respondeo ad secundum etiam negativè: Siquidem bigamus etiam si sit tonfuratus, est inhabilis ad beneficium, & reputatur mer laicus. Paris. l. 4. q. 4. n. 17. citatis pluribus.

Quæstio 361. An resignari possit beneficium Neophyto & filio Judæi?

1. Respondeo ad primum negativè, cum eo reputetur indignus. Paris. l. 4. q. 4. n. 20. citans præter S. Paul. 1. ad Timor. 3. & Gregor. 1. 2. Ep. 111. Hojed. de incompat. p. 1. c. ult. n. 1. sed neque ad ordines promoveri potest. Paris. ibid. n. 21. ex Covar. in clem. si furiosus, p. 1. §. 3. n. 7. Intelligendum autem hoc de receniter legem Christi professis; cum is propriè dicatur Neophytus. Paris. n. 22, ex Covar. loc. cit. postquam enim moribus & doctrina Christiana sat instructus est, potest promoveri. Paris. n. 23. citans Felin. in c. cum sit. de judæ. & habere beneficia, ut Paris. ibid. ex Hojed. loc. cit.

2. Respondeo ad secundum: Filio Judæi Christiano resignari potest beneficium, etiam dignitas. Paris. cit. q. 4. nu. 24. quia potest habere beneficium, c. eam re. de rescript. & c. si quis agritudine. d. 57. ut Paris. ibid. citatis Covar. ubi ante, Nav. in sum.

c. 27. n. 205. Hojed. de incompat. p. 1. c. 23. num. 54. quamvis talem ad sacros ordines promoveri prohibuerit Paul. IV. & confirmavit Gregor. XIII. extendens illud ad descendentes ex Mauris, ut testatur Paris. cit. q. 4. n. 25. & 26.

Quæstio 362. An beneficium resignari possit minori, & is illud acceptare resignatum sine curatore?

1. Respondeo ad primum primò: Tamen attendito jure communi, minori 14. annis & majori 7. annis resignari possit beneficium, id tamen hodie fieri nequit, obstante Trid. sess. 23. c. 7. & prohibente, ut nullus primam tonfuram initiatus, aut etiam in minoribus constitutus ante 14. annum beneficium obtinere possit. Paris. l. 4. q. 9. n. 2. & 3. & sic decretum illud Trid. requirens certam aetatem in collatione locum quoque habet in resignatione, quia militat eadem ratio finalis, nimirum, ne indigni ad Ecclesiastica beneficia assumantur. Paris. loc. cit. num. 6. sic testans resolutum à Rota. Porò resignatio facta in favorem non habentis aetatem requisitam ad tale beneficium est nulla. Paris. loc. cit. num. 23. sic tentum à Rota in Astoricens. Archidac. 9. Julii 1568. eò quod collatio facta tali sit nulla, ut Paris. n. 24. Idque eo magis, quia Trid. habet decretum irritans. Paris. n. 28. Neque Papa in hoc casu admittendo resignationem, & conferendo per clausulas solitas videtur dispensare. Paris. nu. 34. citans Jo Monach. in c. cum aliquibus, de rescript. in 6. Jo. And. in c. si motu proprio, de præb. Pari modo permutationem factam cum eo, qui non habet aetatem requisitam ad beneficium resignatum est nulla. Paris. n. 25. testans sic tentum à Rota. Hinc

2. Respondeo ad primum secundò: In specie, juxta rigorem Trid. hodie non poterit resignari Canonicatus sive in Cathedrali, sive in Collegiata minori 14. annis, ex quo tamen vide dicta alias de aetate requisita ad beneficia. Item minori 25. annis (intellige tractatis) resignari nequit beneficium, aut dignitas curam animarum habens, cum nemini concedatur beneficium curatum, nisi qui saltem attigerit 25. annum aetatis, juxta Trid. sess. 24. n. 12. Paris. à nu. 14. Et si habenti dictam aetatem resignatum fuit beneficium curatum, tenebitur facere se promoveri ad sacerdotium intra annum. Paris. n. 38. Quin etiam, dum statutum est aliquibus, ut omnes illius Ecclesiæ teneantur promoveri ad sacerdotium, non solum observari id debere in collatione, quæ sit simpliciter, sed etiam ea, quæ sit ex causa resignationis, eò quod id onus affixum sit rei, nempe beneficio, tradit Paris. nu. 42. In casibus autem, in quibus requiritur aetas 25. annorum & sacerdotium, resignari beneficium habenti istam aetatem, etsi non sit sacerdos, quin etiam, etsi tempore concessionis nullos habuerit ordines sacros, eò quod sufficiat, si talis sit intra annum faciat promoveri ad sacerdotium, juxta c. licet Canon. & Trid. loc. cit. tradit Paris. n. 36. citatis pluribus. Quin & n. 37. inquit, tantum alias, quòd, si statutum disponat de certa præbenda non conferenda nisi actualiter constituto in sacerdotio, impetrans possit hujusmodi præbendam acceptare, & sibi facere providere licet non sit sacerdos, modò tempore provisionis & acceptionis fuerit in tali aetate, ut infra annum possit fieri sacerdos, testans sic habere Rotam decis. 1. de præb. in novu. nec